



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Philemon M. 8. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

recipere inter monachos cogeretur, palam edixit dæmonem sub monachi latrâ latere, quam illi tunc detraxit, cum virgo è velatis febri correpta unius Basilij opè inclamavit. Rectius enim EQVITIVS hanc curavit, Basilio medico extra septa monasterij ejecto. Alterum dæmonem ex alterâ virginie proscriptis. Sed ille bellè se purgavit, cum otiosum lactucæ insedisse, & gulofæ dentibus ultra petitus se & devoratum dixit, utique levâ manu, quæ crucem duceret, abigendum. Porro alterum donum ab Angelo tunc tulit, cum linguam ejus hic ferro tetigit, ut jam, et si vellat, tacere de Deo non posset. Quod tamen sui contemptum in moribus etiam & vestibus præ se ferret, obsistere dicenti ad populum Pont. per nuntium cogitabat. Sed uterque aliter monitus à cælo, coepit destitutus. Mortuus deinde EQVITIVS tamen suos à Longobardorum vi defendit. Cum enim hi trucidandos monachos à tumulo Divi abstraherent, hostibus hic alios hostes dæmones malos immisit. Ab his infessi Longobardi obsidionem scilicet cœnobii solverunt. Ex Dial. S. Greg. l. 1. c. 4.

Non debet fidelis anima, qua Angelorum consortia concupiscit, dæmoniorum lusibus delectari: quicunque vel est Templum Dei, vel esse desiderat, solicite caveat, ne vana seâtando definens esse templum Dei fiat habitatio tenebrarum, fiat Dæmonis monumentum. S. Max. de Circumcis.

S. P H I L E M O N M. 8. Martij.

D Edit hodie cælo risum PHILEMON, cum terris tantum pararet nimis doctus minus. Apollonius Christianus sacrificare Diis jussus, cum & scelus facere, & nî faceret, poenas dare metueret,

tueret, auto PHILEMONEM corruptit, jubetque
ut APOLLONIVM interim induat, dum sacrificet.
Ille dum APOLLONIVM veste, vultu gestuque
mentitus omnium oculos, &, quod mirere, suos
ad eō fallit, repente advertit non vestem modō,
sed animum etiam Christianum se induisse. Cru-
cis signo(ipse se miratus) armat. Negat dæmoni-
bus litaturum. Denique jam non agere Christianum,
sed esse talis videtur. Nempe furere Apol-
lonium exclamat Præses Arrianus, jubet tibicinem
PHILEMONEM adesse, qui mulceret insanientem.
Mox re omni intellecta cachinnum tollit, accla-
mat, plaudit, bellissimam fabulam multis laudat,
nimisque bene simulasse PHILEMONEM Christianam
religionem ait. At PHILEMON seriūs jam
soccus exuerat, & cothurnos induerat. Quare ad
preces ejus tibiæ igne cœlesti exustæ; ipse, cùm
manus admovere, & aquam nemo auderet, à ca-
lesti manu è nube aquâ primū, mox sanguine
suo, flagris cæsus, lustratus est. Inde unā cum vero
Apollonio trajectis ferro pedibus per urbem rapta-
rus. Ultimò ad arboris truncum religatus, & sagit-
tis impetus est. Sed hæ omnes vel in aëre stere-
runt, vel in arborem exerrarunt. Vna etiam viam
relegit, oculoque judicis Arriani hæsit. Vedit ta-
men hic etiam, quam antè non viderat, fidei lu-
cem, injecto (contrâ, quam fieri amat) in oculum.
PHILEMONIS tumulo pulvere. Ex Metaphr.

Spirituales pirata metuendi sunt, qui non solum
corpora hominum, sed & animas spoliare consuever-
runt; qui non tam aurum mundi quam aurum fidei
aufferre nituntur; qui non seculi substantiam, quam
Christi sapientiam degradantur. S. Max. hom. de
pon timend. host. Carn.

SS. XL.